

IVL. PACII A

BERIGA I. C. *Auctoris*

ENANTIOΦΑΝΩΝ

seu

*Legum conciliatarum*

CENTVRIA VII.

*Cum indice titulorum.*

Editio prima.



SPIRÆ

Typis Bernardi Albini.

An. clb. Io xcvi.

*damnatu opo  
veto pmissu*

Cell. Sec. I E & V Salm. ex dono Regium.



GEORGIO REICH, VIRO  
AMPLISSIMO, IVRIS CON-

SULTO NON E MULTIS, IMPE-  
rialis Camerae Assessori dignissimo,

IUL. PACIVS A BERIGA *Pector damnatus.*

S. D.



*VM merito tuo,  
Vir Præstantissi-  
me, in Augustum  
istum Assessorum  
Imperialium ordi-  
nem es allectus: ne-  
mo fuit, qui maio-  
rem, quam ego, ex  
tuo illo honore vo-*

*luptatem perciperet. Nam cum huiusmodi do-  
ctorum virorum promotionibus alij pro suo  
in rempublicam studio latentur, alij ob priva-  
tam amicitiam ad gratulandum moueantur:  
ego utraque ratione ad gaudendum & exul-  
tandum impellebar: quippe qui intelligebam*





## CENTVRIA VII.

*Extit. De usurpationibus & usucapionibus.*



VÆRO, an is, qui longo tempore solus in fluminis publici diuerticulo piscatus est, prohibere alterum possit quominus eo iure utatur. § Papinianus negat eum posse prohibere. D. h. tit. l. præscriptio. 45. in prin. § Martianus id affirmat. D. de diu. temp. præscr. l. si quisquam. 7.

§ Conciliatio: Papinianus loquitur de eo qui postquam per aliquot annos piscatus est, piscari desijt: vnde cum possessionem piscandi amiserit, præscriptionis beneficio uti nequit; sed ei à Papiniano comparatur, qui ædificium in littore positum dereliquit, aut cuius ædificiū in littore positum corruit. funditus corruit. Martiani autem verba de eo sunt accipienda, qui ius possidet, id est, in quasi possessione piscandi permanet, nec piscari desijt.

§ Huic conciliationi oppono, quod vtroque non solum est idem casus, sed etiam eadem ferè verba, præterquam quod apud

su conueniri poterit. ¶ Idem tamen Vlpianus in l. ex emp. ii. §. vlt. ver. ibid. ait. D. de act. emp. cōtrariam Iuliani sententiam refert, quòd emptor re euicta semper habet regressum cōtra venditorem, vt saltem pretium recipiat, non obstante pacto quòd venditor de euictione non teneatur, quia natura contractus bonæ fidei, id est emptionis & venditionis, non admit- rit hanc conuentionē, vt emptor rem amittat, & venditor pretium retineat. ¶ Concilia- tio: Vlpianus in hoc §. vlt. sententiam Iuliani refert quidem, sed non omnino probat. nam mox in versicu. nisi fortè inquit. contra eam sententiam obijcit argumentum à simili spe- cie sumptum. postea in d. versic. sed in supra- scriptis. concludit sententiam Iuliani tum de- mum veram esse, cū venditor dolum com- misit. cessante igitur venditoris dolo, standum est pacto, ne venditor de euictione teneatur. Notandum verò est, in eodem vers. vbi scri- ptum est, *nisi fortè sciens*, legendum, *si fortè sciens*. quod etiam Baro animaduertit.

H A C T E N V S Iuris Ciuilis ἐναντιοφανῆ. Alio opere Iuris Pontificij ἐναντιοφανῆ, alio vtrius- que Iuris antinomias complectar. & si Deus dederit, vt præter ea, quæ iam edidi, etiam cetera, quæ de iure inchoaui, librum Aureo- rum, Opiniorum, ποιητικὸν ἔργον, Synopsis cum Para-